



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

66. An si quis, v. g. recitando Oficium divinum vidi mulierem, & concupiscit eam, teneatur non solum illam pravam concupiscentiam confiteri, sed etiam dicere, quod tale peccatum admisit psallendo, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

quo accidit, non sit in potestate omittentis, vel in sua causa sit voluntaria, ut quia ante tempus executionis praecepti hominem de causa data paenitentia aut, quia vel non potuit, vel non debuit cauere securorum omissionem. Et hanc omnia notaui Becanus in p. 2. tr. 2. c. 3. q. 6. n. 10. & 11. cum Tannero ubi sup. dub. 3. num. 37. & Villalbos in summ. tom. 1. tract. 3. diffic. 6. n. 4. Sed ad alia deueniamus.

## RESOL. LXIII.

*An sufficiat si penitent dicat in confessione, anno integrō omisi Officium diuinum, vel non restituiri, licet aliquoties intra annum doluerit de culpa, & statuerit recitare, vel restituere, & propositum postea non adimpleris? Ex part. 5. tract. 1. 4. & Miscell. 2. Resolut. 35.*

Sup. hoc pro §. 1. **C** Alius potest sapientius in praxi accidere, & videatur negatiue respondendum; nam eo ipso ratione infā quid doluit de peccato, statueritque recitare, vel re-in Ref. 157. & itinere, interrupit peccatum; unde cum postea 158. legē cas non recitauit, neque restituit, aliud diuerso numero peccatum commisit: sed certum est numerum peccatorum in confessione declarandum esse: ergo, &c.

2. Nihilominus licet, metaphysice loquendo illud peccatum numero multiplicetur, adhuc non videatur necessarium declarare predictam interruptionem. Ita Iacobus Granado in 3. part. D. Thome, controver. 7. tractat. 9. disputatione decima, num. 10. auctio; quia in confessione non est feruandus strictus rigor, & nimietas in explicando numero, quando sufficienter constat de statu penitentis. Satis autem constat de statu, cum quis facetur se per annum non recitasse, aut non restituuisse cum posset; licet non declararet, an aliquoties haberet animam recitandi, vel restituendi; alioquin molestem esset, nimisque onerosum, ac feruipilis plenum; maiorem obligationem imponere Sic Granado ubi suprā; sed de hac questione non satis alibi à me dictum est.

Alibi in Ref.  
not. prater-  
tz.

## RESOL. LXIV.

*An qui omisit aliquo die omnes Horas Canonicas, vel notabilem illarum partem, teneatur in confessione aperire id quod omisit, vel sufficiat dicere se mortale peccatum commisisse in non persoluendo diuinum Officium?*

*Ei notatur, quod habens plura beneficia non committit tot peccata, quot sunt beneficia in omissione Horarum Canonistarum. Ex part. 2. tr. 1. Ref. 23.*

Sup. hoc sap. in Ref. 9. §. 1. **A** Liqui afferunt, non satis esse ita dicere, sed explicandam esse quāritatem Officij omissionis. Sed difficultas, ante medium, à vers. & adhibet. & in to 3. tr. 6. Ref. 75.

2. Sed ego puto cum Squillante de oblig. Cler. p. 1. dub. 3. n. 70. & aliis, satis effes si Clericus se acuerit afflendo commississe culpam lethalem in recitatione Horarum. Notandum est etiam contra Navarrum, & alios, quod habens plura beneficia non committit tot peccata, quot sunt beneficia, ut optimè notat Garfias ubi suprā. n. 142. Azorius part. 1. lib. 4. c. 1. ver. eius not. quæst. 6. & alijs.

## RESOL. XLV.

*Vtrum, qui ratione Ordinis sacri, & beneficij tenetur persoluere Horas Canonicas; si illas non recite, peccet duplicititer, & sit ista circumstantia in confessione aperienda? Ex part. 2. tr. 1. 2. Ref. 22.*

§. 1. **A** Ffirmatiue respondet Fagund. de precep. Eccles. tr. 2. li. 4. c. 5. n. 23. Azor. p. 1. l. 10. c. 14. q. 7. Suan. de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 18. n. 5. Sanch. de mair. lib. 9. disp. 15. n. 6. Squillante de oblig. Cler. p. 1. dub. 34. n. 71. Carolus Macigni de Horis Canonicas, c. 10. n. 6. & alijs, quia talis Clericus omittens Officium diuinum, violat duplēcē virtutem specie diuersam, violat enim virtutem religionis, ratione Ordinis sacri, & virtutem iustitiae, ratione beneficij.

2. Hæ sententia est probabilis, sed contraria est probabilitate, quam tuerit Homobonus exam. Eccles. p. 1. rr. 4. c. 5. q. 42. Henr. lib. 12. c. 12. n. 3. in Glosa. O. Gafias de benef. tom. 1. p. 3. c. 1. n. 12. 5. Salas in p. 1. to. 2. n. 13. disp. 3. fct. 2. n. 17. & alijs, quia Clericus beneficiatus tenetur persoluere Horas ratione tantum religionis, & non iustitiae. Ergo unicum peccatum commitit, quia violat unam tantum virtutem.

## RESOL. XLVI.

*An si quis, v.g. recitando Officium diuinum videt malierum, & concupiscit eam, teneatur non solum illam prauam concupiscentiam confiteri, sed etiam dicere, quod tale peccatum admisit p̄fallendo, vel orando? Et an, qui orat non solum in peccato mortali, sed etiam cum proposito actuali, & voluntate peccandi mortali, peccet? Ex part. 6. tractat. 7. & Miscell. Resolut. 36.*

§. 1. **C** Alius potest in praxi frequenter accidere, & de illo pauci mentionem faciunt; vide affirmatiua sententiam nouissimè tenet Franciscus Sylvius in resolutionibus variis. v. oratio. Quia agit ille cum aliquis Deum vocaliter orans ipsum offendit mortaliter, alii prauæ voluntati, aut luxori, aut alteri peccato contentiendo, in tali eius peccato invenitur aliqua circumstantia mutans speciem peccati; atqui Ecclesiæ doctrina recepta est (vt ex Concilio Tridentino fess. 14. cap. 5. & aliunde constat) eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ ipsam peccati mutant: ergo ita sic orans, & mortaliter peccans, tenetur, eam circumstantiam in confessione aperiere. Maior probatur: quoniam iuxta B. Thom. in 4. disp. 16. q. 3. art. 2. illæ circumstantia mutant speciem peccati, quæ habent specialiæ repugnatiæ cum recta ratione, diuersam ab ea, quæ est in ipso peccato secundum sc̄i: sive iuxta Scotum in 4. disp. 17. quæ speciali prohibitiōne prohibentur. Quibus conseruat, quod idem S. Thom. quæst. 18. art. 10. concludit. Quodcumque aliqua circumstantia repugnit speciali ordinem rationis vel pro, vel contra, oportet, quod circumstantia det ipsam actui mortali, vel bono, vel malo. Sed in proposito reperitur circumstantia, quæ habet specialiæ repugnatiæ cum recta ratione; & quæ speciali prohibitiōne prohibetur: præter peccatum enim, quod prohibetur precepto, Non macaberis: aut, Non concupiscis, vel isto. Non occides, adeo peccatum Religionis oppositum. Oratio quippe ad virtutem Religionis pertinet: qui autem vocaliter orat, & sic orando consentit mortali luxuria, aut odio, grauerit contra virtutem Religionis offendit; cum ipsa postulet, vt exhibeat Deo cultus ac reverentia, & vt oratio, quæ

# De Circumstant agrau. Ref LXVII. &c. 377

qua ipsius est actus, reuerenter ac piè fiatq; verò, qui  
hic orat, magnam committat in Deum irreuerentiam,  
valde erga illum impiè se habeat.

2. Confirmatur: quia quis non iudicet magnam  
fote irreuerentiam, si quis Principi suo loquatur, ab  
eoque petat aliquid, ac interim hostiliter ab eo auer-  
tatur, & dorsum ei vertat? Ita verò le ad Deum ha-  
bet ille, qui vocaliter ipsum orat, & interiori cum  
mortaliter offendit: per peccatum enim mortale auer-  
titur à Deo, tanquam à fine vltimo, ipsique inimi-  
cus efficitur. Per talen ergo orationem valde se ha-  
bet irreuerenter ad Deum, ac per consequens peccat  
notabiliter contra virutem Religionis. Vnde ex his  
concedit Sylvius, quod aliquis toties peccat mor-  
taliiter, quoties orat perleuerans in affectu peccati  
mortalis, & in voluntate illud committendi. Con-  
cedit etiam, quod si aliquis orationem interrumpit,  
ve obsecro animo obsecro loquatur, vel vt cum ad-  
ueniente meretrice fornicetur, vel vt inimico sibi  
obulo lethale volnus infligat, præter peccatum luxu-  
rie, aut odii, etiam peccabit grauiter contra reue-  
rentia Deo debitam.

3. Sed si hac effient certa, facit Deus, quod mul-  
ti in lethale crimen sèpius non inciderent: & ideò  
rectè Pater Suarez, circa prelensem casum non ita  
fauster vt Sylvius, sed cum formidine loquitur. Sic  
enim ait: de Religioni, tom. secundo, lib. tertio, capi-  
t. 4. numero 13. Est mihi verisimile, si quis dum  
vocaliter ora in delectatione & cogitatione mero  
morose delocet, peccando mortanter contra ca-  
stitatem, etiam peccare per circumstantiam contraria-  
m Religioni, vel venialiter aggrauantem, quod  
certum, vel etiam mortaliter, quod licet sit incer-  
tum, timendum est, quia videtur grauis Dei irreue-  
rentia. Ita ille.

4. Verum ego satis probabiliter puto contra Syl-  
vium in cuius proposito non adesse peccatum lethale:  
quia, vt fatetur ipsemet Sylvius, Minus est oan-  
do consentire turpi cogitationi occurrenti ex hu-  
mana fragilitate, quam ex malitia, vel odio perleu-  
ter in voluntate committendi aliquod pecca-  
tum mortale. Sed quicquid affterat Sylvius, si quis  
orat non solum in peccato mortali, sed etiam cum  
proposito actuali, & voluntate peccandi mortaliter,  
non peccat, vt docet Sanchez in spacio, tom. 2. lib. 7.  
capit. 2. dub. 9. num. 3. & alij. Ergo, &c. Confirmatur,  
quia qui orat sine aliqua intentione, videtur gra-  
uem irreuerentiam affterre Dco: & tamen non est  
certum talen peccare mortaliter. Vide Trullench  
in Decalogum, tomo primo libr. 1. capit. 7. dub. 10.  
num. 6. & alios. Ergo, &c.

## RESOL. LXVIII

Si quis in die ieiuniū sèpius comedit carnes, & laetifica-  
ria, queritur, an distincta peccata commissit, &  
in confessione aperienda?  
Et notatur, quod qui vnuit aliquo die ieiunare, non  
toties peccat, quoties in illo die carnes comedit. Ex  
part. 3. tract. 4. Ref. 156. alias 157.

Sup. hoc in §. 1. R Espondeo affirmatiuè, & ita docet Co-  
ninch de Sacram. disputation. 7. dub. 5. num.  
mero 42. vbi sic ait: In Quadragesima comedere sèpius  
per diem, & comedere carnes, & comedere oua, sunt  
singulariter & distincte præceptis prohibi-  
ta, vnde singula habent distinctam prohibitionem  
Ecclesiæ, eisùque fini repugnantiam, quod inde pa-  
pet, quod vnuum sèpe sine altero permittatur, &  
consequenter continent distinctam malitiam in confes-  
sione explicandam, Ita ille,

Tract. 1.

2. Notandum est tamen hic obiter, quod qui vnuit aliquo die ieiunare, non toties peccat, quo-  
ties in illo die carnes comedit, & ita aduersus Su-  
arez de Religion. tom. 2. lib. 4. cap. 7. num. 12. docet no-  
uissime Paulus Layman in Theolog. mor. lib. 4. tract. 4.  
cap. 3. num. 3. sed ego de hac quæstione alibi etiam egit  
in tract. de ieiunio, refol. 45.

Sup. hoc in  
Refol. 1. not.  
præterit, &  
in eodem §.  
in fine, & in  
Ref. 1. §. vlt.  
in principio,  
& in rom. 4.  
tr. 6. Ref. 82.  
& 83. & in  
alio §. carum  
not.

## RESOL. LXVIII.

An qui dixit peccatum oblitus aliquius circumstantia,  
satfaciat postea in alia confessione explicando gra-  
uitatem circumstantie oblitera? Ex part. 1. tractat. 7.  
Refol. 45.

§. 1. R Espendet negatiuè Nugnus in addit. ad 3.  
R part. tom. 2. quæst. 9. art. 1. dub. 2. vbi sic asser-  
rit: [Quando multa peccata fiunt eodem actu, ve-  
quando quis furatur bona Ecclesiæ, non sufficit, se ac-  
cuseare de furto: similiiter, quando quis occidit Cleri-  
cum, non sufficit, ut dicatur homicidio. sed in  
vtrique casu abet explicari sacrilegium: atque adeo  
si obli-  
catur illius circumstantia, debet postea de illa  
se accusare. Sed tunc est dubium, utrum sufficiat con-  
fiteri illam circumstantiam, secundum se; an vero sit  
necessarium illam confiteri per modum circumstan-  
tia, dicendo totum peccatum simul fuisse, scilicet,  
curum cum sacrilegio? Angelus dicit, hoc secun-  
dum esse necessarium. Et ista sententia videtur ma-  
gistris vera: quia aliter non verè explicatur ma-  
litia. Et hoc magis certum est, quando cum ordinatur  
ad alterum, vt quando quis fuit ad mechanum.  
] Ita Nugnus.

2. Sed Suarez in 3. ptom. 1. disp. 21. sect. 2. num. 8.  
& 9. Cominch de Sacram. disp. 7. dub. 7. n. 60. Reginal-  
dus in praxi, tom. 1. lib. 6. c. 4. n. 141. Fillius tom. 1.  
tract. 7. cap. 4. n. 80. & alij. contrarium docent: in casu  
tertu, quo tam peccatum, quam circumstantia pos-  
sunt separatim sufficienter explicari. Et idè, qui iu-  
rauit non percutere Clericum, aut ieiunare in vigi-  
liis, sed postea Clericum percutit, aut ieiunum in vi-  
gilis perfregit, & in Confessione solum exprefit, se  
Clericum percutisse, aut ieiunum perfregisse, nul-  
lam habens iuramenti memoriam, satisfaciens in alia  
Confessione, dicendo, se licet iuramentum perfre-  
gisse. Et idem dicendum est de voto.

3. Similiter, qui furatus est calicem, sed in Con-  
fessione ex obliuione dixit se furtum commississe, non  
expressa circumstantia calicis: in secunda Confessio-  
ne satisfaciens dicendo, se mortale sacrilegium commis-  
sse. Et idè doctrina Nugni vbi supra, intelligenda  
est cum distinctione Suarez, & aliorum.

## RESOL. LXIX.

An Sacerdos, vel initiatu sacerdis Ordinibus, si aliquem  
percutiat, teneatur explicare in confessione hanc cir-  
cumstantiam? Ex part. 1. tract. 7. Refol. 8.

§. 1. T Eneri docet Nugnus in addit. ad 3. part.  
tom. 2. quæst. 9. art. 2. dub. 3. conclus. 5. vbi sic  
asserit: [Quando initiatu sacerdis Ordinibus occidit,  
vel abscondit membrum alterius, vel notabiliter per-  
cutit, vsque ad effusionem sanguinis, tenetur expli-  
care, se esse initiatu sacerdis: quia hoc maximè re-  
pugnat proprio statui propter irregularitatem annexam. Et credo etiam probabiliter, quod Sacerdos te-  
neatur explicare, se esse Sacerdotem: quia effusio san-  
guinis maximè repugnat Sacerdotio.] Ita ille,

2. Sed, si aliquis dictam circumstantiam taceret,

I i 3 non